



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XXI. Heinrich, Bischof von Camin, ertheilt für den Altar des heiligen Kreuzes in der Marien-kirche zu Prenzlau einen Ablass, am 18. Oktober 1304.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

XXI. Heinrich, Bischof von Camin, ertheilt für den Altar des heiligen Kreuzes in der Marienkirche zu Prenzlau einen Ablass, am 18. October 1304.

Henricus, dei gratia Caminenfis Ecclesie Episcopus, vniverfis presentia visuris salutem in omnium Salvatore. Cupientes Christi populum Domino reddere salutarem uel acceptabilem ipsumque nostris indulgentiis, quasi quibusdam muneribus allectiuis ad diuinum officium et ad caritatis opera invitare; Hinc est, quod nos de omnipotentis dei confisi misericordia omnibus vere penitentibus et confessis, qui in altari Sancte crucis in ecclesia Sancte Marie in Primzslavia constituto, quod quidem nos diuina nobis cooperante clementia in honorem ejusdem sancte et victoriosissime crucis consecravimus, in festis subscriptis, scilicet nativitatis Cristi, Pasche et pentecostes, necnon in die Patroni et die dedicationis ipsius altaris missarum solemnia celebrari cum devotione audierint, quadraginta dies indulgentie misericorditer in domino relaxamus. In horum singulorum evidentiam firmiorem presentem literam nostro sigillo fecimus communi. Datum Anno domini M^o. CCC^o. quarto, in die sancti Luce Evangeliste.

Aus einem Corialbuche.

XXII. Die Markgrafen Otto und Woldemar verschreiben der Stadt Prenzlau durch verbürgten Vertrag verschiedene Rechte, am 29. August 1305.

In Nomine sancte Trinitatis et indiuidue Unitatis Amen. Otto et Woldemarus, dei gratia Brandenburgenses, Lufatie et de Landesberch Marchiones, vniverfis Cristi fidelibus presentes literas inspecturis seu audituris in perpetuum. Cum multotiens actus legitimi, rite et rationabiliter facti, propter diversos casus, qui humanis rebus incidunt, immutentur, expedit, ut linguis testium idoneis et literis auctenticis solidentur, ne oblivione sive fluxu temporis evanescant, vel malignorum astutia varientur. Recognoscimus igitur coram vniuersis Cristi fidelibus tam presentis temporis, quam futuri, presenti pagina publice protestantes, quod fidelium nostrorum civium in Premslavia obsequia assidua et fidelitatem eorundem piis desiderii intuentes, nostrorumque Prudentum consilio maturo prehabito, ipsis donavimus pio affectu subscriptam libertatem, perpetuis temporibus inuolabiliter duraturam, ita quod dicte civitatis Burgenfes pro omni exactione vel confagittatione aut depecuniatione, quocumque nomine censeantur, nobis dabunt singulis annis centum marcas et non plus duobus terminis sive diebus, ad hoc specialiter deputatis, videlicet in festo beati Martini quinquaginta Marcas Brandenburgensis argenti ponderis et Monete: In festo vero sancte Walburgis quinquaginta Marcas ejusdem monete et ponderis, nobis similiter erogabunt. Addicimus etiam quod omnes libertates sive Privilegia, a nostris predecessoribus sive a nobis donata dictis Burgenfibus, per istam nostram novam donationem non debent aliquatenus diminui vel mutari, sed manere debent penitus inconcussa. Item prefectus dicte nostre Civitatis iudicabit omnes excessus, qui perpetrantur in pre-taxata Civitate et extra vel in metis, que Marfcheyde vulgariter appellantur, que ad civitatem per-